

Beilagen

Autor(en): **[s.n.]**

Objektyp: **Appendix**

Zeitschrift: **Zeitschrift für schweizerische Kirchengeschichte = Revue d'histoire ecclésiastique suisse**

Band (Jahr): **60 (1966)**

PDF erstellt am: **02.07.2024**

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Inhalten der Zeitschriften. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern.

Die auf der Plattform e-periodica veröffentlichten Dokumente stehen für nicht-kommerzielle Zwecke in Lehre und Forschung sowie für die private Nutzung frei zur Verfügung. Einzelne Dateien oder Ausdrucke aus diesem Angebot können zusammen mit diesen Nutzungsbedingungen und den korrekten Herkunftsbezeichnungen weitergegeben werden.

Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Die systematische Speicherung von Teilen des elektronischen Angebots auf anderen Servern bedarf ebenfalls des schriftlichen Einverständnisses der Rechteinhaber.

Haftungsausschluss

Alle Angaben erfolgen ohne Gewähr für Vollständigkeit oder Richtigkeit. Es wird keine Haftung übernommen für Schäden durch die Verwendung von Informationen aus diesem Online-Angebot oder durch das Fehlen von Informationen. Dies gilt auch für Inhalte Dritter, die über dieses Angebot zugänglich sind.

BEILAGEN

Nr. 1

Bevers, 1. März 1501

Testament der Ursina Biursch von Sils, Gattin des Sebastian Tugung von Bevers.

Or. Pergament Gemeindearchiv Bevers Nr. 51.

In nomine Domini amen. Anno a nativitate eiusdem Domini millesimo quingentesimo primo, indicione quarta, die vero primo scilicet lune mensis marcii. Quoniam si testamentorum non fuisset introducta solemnitas plerumque accideret, quod bona intestatorum decedentium ad indignos immeritosque divolventur et qui digni essent, a comoditate ipsorum bonorum sepius excluderentur, quod non esset dignum nec ratione consonum. Idcirco honesta ac proba mulier Vrsina filia quondam Biursch de Selio et legitima uxor Sebastiani Tugung de Biuer vallis Engedine Curiensis diocesis sana mente, sensu, loquela et intellectu per gratiam Domini nostri Jesu Christi ac etiam languens corpore, timens casum mortis, quem Dominus omnipotens nemini pepercit, nolens intestatus [!] decedere, quinyomo volens anime sue providere et bonis suis bene disponere et ordinare, ne inter eius posteros aliqua contentionis materia oriatur, sed penitus sit extracta, fecit et facit ac facere procuravit et procurat infrascriptum suum testamentum etc.

In primis namque statuit, voluit, jussit et ordinavit atque statuit, vult et ordinat et mandat, quod omnia bona, que suprascripta Vrsina hereditavit in Selio de suo patre Bürsch reliquit sue matri ad gaudendum, fruendum et utendum diebus vite sue matris, quod peccit et petit hoc habere et tenere gratum et ratum.

Item reliquit, jussit, voluit et ordinavit ac reliquit. jubet, vult et ordinat ecclesie sancti Spiritus in Ponteserasina ¹ libras quinquaginta.

Item reliquit, jussit et ordinavit ac jubet, reliquit et ordinat ecclesie sancti Nicolai in Larett ² libras quinquaginta.

Item reliquit, jussit et ordinavit ac reliquit, jubet et vult et ordinat ecclesie beate Marie virginis in Cresta ³ libras quinquaginta.

Item reliquit, jussit, vult et ordinat ac reliquit, jubet, vult et ordinat ecclesie sancti Sebastiani in Samaden ⁴ libras quinquaginta.

Item reliquit, jussit vult et ordinavit ac jubet vult et ordinat ecclesie sancti Anthonij in Samaden ⁵ libras quinquaginta.

Item reliquit, jussit, voluit et ordinavit ac jubet, reliquit, vult et ordinat

¹ Über die heute abgegangene Heiliggeist-Kapelle in Pontresina s. ERWIN POESCHEL, Die Kunstdenkmäler Graubündens 3, 372, dazu 358.

² Laret = Dorfteil Pontresinas. An der Stelle der Kapelle St. Niklaus steht heute die evangelische Pfarrkirche. l. c. 368.

³ Über die Marienkirche in Cresta s. POESCHEL l. c. 330.

⁴ Über die 1914 abgebrochene St. Sebastians-Kapelle in Samaden l. c. 384.

⁵ Über die Antonius-Kapelle in Samaden, heute nicht mehr vorhanden, l. c. 378.

Sebastiano suo marito libras quinquaginta et suum lectum subtus et lectum supra cum pannis.

Item reliquit, jussit et ordinavit ac jubet, reliquit et ordinat Anette filie suprascripti Sebastiani suam tunicam brunam.

Item reliquit, jussit, voluit et ordinavit ac reliquit, jubet, vult et ordinat, quod Petrus filius prefati Sebastiani debeat vestiri de suis propriis rebus et bonis de panno colorato.

Item reliquit sorori sue Anne suum pellitium.

Item reliquit et ordinavit uxori Moniat suam tunicam cum manicis brunis.

Item habuit votum ad visitandum ecclesiam sancte Marie in valle s. Jacobi ¹ et offere ibidem cruciferos septem.

Item vovit visitare ecclesiam sancti Gaudentij ² discalciatis seu nudis pedibus et emere tres oculos cereos pro quatuor cruciferis.

Item vovit visitare ecclesiam sancte Marie in Zayngel ³ et offerre unam siliquam butiti.

Item vovit dare ecclesie sancte Marie Magdalene ⁴ unam siliquam butiri.

Item vovit dare ecclesie sancte Marie in Cresta unam siliquam butiri.

Item reliquit, jussit, voluit et ordinavit omnia alia sua bona que supersunt, salvo hereditate patris ecclesie sancti Jacobi in Biuer ⁵ cum tali pacto et condicione, quod peractiones fiendas pro anima suprascripte Vrsine et remedium debeant solvi de propriis bonis suprascripte Vrsine et sindici suprascripte ecclesie teneantur mittere celebrare tres tricesimos pro anima suprascripte Vrsine et etiam solvere et expedire omnia et singula suprascripta et testata seu legata et residuum debeant ponere utilitatem subprascripte ecclesie, ubi maior est necessitas.

Item suprascripta Vrsina testatrix peciit et reliquit me subscriptum notarium, ut essem executor omnium et singulorum suprascriptorum seu testatorum.

Actum in Biuer in domo prefati Sebastiani. Testes: honorabilis dominus Sebastianus Yttän ⁶ et Nüt filius Nütin Biuerun de Biuer et suprascriptus Sebastianus vocati et rogati.

Et ego Gallus Jäcklin de Zütz publicus notarius hoc presens publicum legationis ac testamenti instrumentum tradidi et scripsi signo et nomine meis

¹ Gemeint ist jedenfalls S. GIACOMO, Dorf am südlichen Ausgang des Splügenpasses.

² Über die Wallfahrt zum hl. Gaudentius in Casaccia s. P. ISO MÜLLER, Die churrätische Wallfahrt im Mittelalter (Basel 1964) Register unter Gaudentius.

³ Wie wir glauben handelt es sich um die Wallfahrtskirche in Tschengels.

⁴ Wahrscheinlich doch die «capellania annualis seu primissaria in Pontresina s. Marie Magdalene» nach Reg. librorum horarum fol. 47a (Bischöfl. Archiv Chur), vgl. dazu POESCHEL l. c. 358.

⁵ Über die St. Jakobskirche in Bevers s. POESCHEL l. c. 318 ff.

⁶ Ein Schreiben von Seb. Ytan, Kapl. in Bevers, an den bischöflichen Siegler vom 14. Mai 1517 s. in dieser Zeitschr. 32 (1938) 168-70, ebda. weitere Nachweise. Über das Schicksal dieser Legate vgl. O. VASELLA, Der bäuerliche Wirtschaftskampf und die Reformation in Graubünden. Jahresber. d. hist.-ant. Gesellschaft Graubündens 1943, 104.

solitis et consuetis roboravi in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus et specialiter requisitus.

Signet: Gallus Zoya. G. J.

Nr. 2. (Tschengels) o. D. (1515-20) ¹

Gemeinde und Pfarrvikar von Tschengels bitten den Bischof von Chur, das Verbot der Wallfahrt mit totgeborenen Kindern zurückzuziehen.

Or. Papier, Bischöfliches Archiv Chur, Mappe Tschengels.

Hochwirdiger fürst, gnediger herr! Eweren fürstlichen gnaden syend unnser undertenig willig dienst zuvor bereit. Gnediger herr! Als dann E. F. G. wissenlich ist, was wunder und zaichen zû Tschengels unnser liebe frow jn E. F. G. bistumb yetz bishar und tåglichs gewürkt hat und tåglichs wûrken ist, da nun E. F. G. als ordenlicher herr und bischof begert hat ainen schlûssel zû dem schatz und opffer, der da tåglichs gefelt und gefallen ist, der glichen, das der priester da selbs die kindle, die da lebendig werdend, nit töffen sol, och die wunder und zaichen, die da geschechend, nit uf schriben noch verkûnden soll, das nun alles zû niderlegung und vernichtung solicher walfart und och verderblichem schaden der bûwen der pfarkirchen komen wirt, also ist unnser undertenig pit, E. F. G. welle die pfarkirchen laussen beliben, wie von alterherkomen ist und kain nûwerung da machen und zû merung und uffnung solicher walfart wunder und zaichen vergõnnen, die kind, die da lebendig werdend, ze töffen, och wunder und zaichen, die da geschechend und gleblich bybracht mûgend werden, laussen verkunden, damit solichs loblichs angefangens fûrnemen nit abgestellt werd. Wellend wir umm E. F. G. jn aller billichait verdienen.

E.F.G.

undertenige gehorsami Georius Zimerman kirchenprobst jn namen der gantzen gemaind und Jodocus Klainman vicari zû Tschengels.

Adresse und Siegel fehlen.

Dorsalnotiz: Suplic Tschengels 1498 [wohl 17. Jahrh.]

Nr. 3. Chur, 22. Okt. 1740

Das bischöfliche Offizialat in Chur entscheidet über die Bedingungen, die für die Taufe abortiver und ungetaufter Kinder in der Pfarrkirche zu Disentis inskünftig gelten sollen.

Bischöfl. Archiv Chur, Prot. Officii Bd. 3 (1740-44) 14 f.

Actum coram Rev^{mo} Officio praesentibus Rev^{mis} et Ill^{mis} dominis D. Vicario Generali, D. Cantore et P. Vincentio die 22. octobris 1740. Propositus

¹ Jodokus Kleinmann ist Pfarrvikar in Tschengels von 1515-1520 (Reg. Induciarum, Bisch. Archiv Chur, 495, 497), Pfarrvikar in Latsch 1520-1524, ebda. 491 sowie Reg. libr. horarum l. c. 76 b. Eine genauere Datierung ist leider nicht möglich.

fuit casus de baptismo infantium abortivorum, qui coram imagine B. V. M. Dolorosae in ecclesia parochiali S. Jo. Baptistae Disertinae positi aliqua signa vitae miraculosae prae se ferentes a mulieribus baptizantur, et ab Officio Rev^{mae} Ecclesiae resolutum fuit, ne deinceps eiusmodi baptismus talibus parvulis nisi a paroco loci vel alio sacerdote vel circumstantiis id exigentibus, saltem a viro probo et ad administrandum hoc sacramentum sufficienter instructo, nullatenus autem a mulieribus, conferatur ac proinde

2^{do} ut huiusmodi infantes abortivos aut alios absque lavacro regenerationis mortuos ad dictam ecclesiam et imaginem miraculosam deferentes parochum praeire moneant, quantenus ipsemet aut eius socius vel his impeditis alius saltem sacerdos huiusmodi miraculo per intercessionem Dolorosae Matris impetrando interveniant excepto casu necessitatis, in quo saltem duo testes jurati ad hoc specialiter a paroco deputandi aut alias fide digni de signis vitae miraculosae possint ac debeant sub juramento testari.

3^{ti}o. Infantes huiusmodi nullatenus baptizentur, nisi signa vero similia et iuxta prudentum ac peritorum existimationem probabilia vitae per miraculum recuperatae dederint, cuiusmodi non esse iudicamus solum colorem rubeum, cadaveris molitiem et alia similia, quando alicui causae naturali v. g. ignis aut lampadarum propinquitati cadaveris per complexum vel brachiorum sustentationem extrinsecus imisso calori etc. aliunde adscribi possunt, excepto casu quo color aut mollities etiam cessante vel remota eiusmodi causa ad longum tempus ita durarent, ut non nisi miraculo prudenter admetiri valeant.

4^{to}. Nisi signa vitae miraculosae sint evidentia et adeo manifesta, ut quilibet cordatus ex illis infantem vivere liquido possit diiudicare, volumus, ut tales infantes non aliter quam sub conditione baptizentur.

5^{to}. Denique mandamus, ut omnes abusus, qui hactenus in re tanti momenti forsitan irrepsere, penitus tollantur et hoc nostrum decretum ad praecavenda scandala et quaevis inconvenientia deinceps inviolabiliter observetur. Intimetur P. Andreae capuc. paroco missionario loci ¹.

(Marginalvermerke).

- (a) Idem per decretum etiam ob casus paritatem parochiae Schrunensi in valle Montifontana fuit intimatum.
- (b) Idem decretum sub dato 15 martii 1749 quoad substantiam et modum tenendi etc. expeditum fuit etiam ad parochialem (ecclesiam) in Berschis quo fideles ad miraculosam imaginem B. V. M. Auxiliatricis pro eodem effectu confugiunt ².

Idem decretum sub dato 21. julii 1750 quoad modum per similia tenendi etc. expeditum fuit etiam ad parochialem ecclesiam in Brienz.

¹ G. GADOLA, *Ils paders caputschins a Mustèr 1648-1818*. Il Glogn 1950, 69 ff. verzeichnet diesen Pater Andreas nicht.

² In Berschis wurde 1736 eine Maria-Hilf-Bruderschaft errichtet; ob die Wallfahrt mit totgeborenen Kindern älteren Datums ist, lassen wir dahingestellt. Vgl. E. ROTHENHÄUSLER, *Die Kunstdenkmäler des Kt. St. Gallen I* (1951) 412.